

1259. ch. 4. s. XVIII, fol. 46—68: 'Excerptum ex Chronico ms. Moguntino, quod etsi seculi demum XVI. aut recentius, antiquo tamen sua debebat. 30. archiepiscopus 13. elector Henricus mit dem zunahmen Felix, gar ein frommer' u. s. w. bis 'Adolphus sub Car. IV. Refertur sub eo pontificem clerum Germ. proposuisse decimas, idque cum ab hoc non speraret eum permissurum, opposuisse Ludovicum Bambergenssem, sed pernicio Adolphus'. Es sind nur elende Excerpte aus einer der spätern Mainzer Chroniken.

Beilage.

Chronicon pontificum et imperatorum Rhenense ab Innocentio III. usque ad annum 1429.

e cod. Gissensi 177.

(Unter Gregor IX.) Anno domini 1234. Henricus de Saraponte obiit Wormaciensis episcopus. Huius tempore anno domini 1244¹⁾. Landolfus Wormaciensis episcopus obiit in die Medardi confessoris. Huius eciam tempore, scilicet anno domini 1236, fuit miraculum capitis sancti Ciriaci in Roma factum.

(Unter Friedrich II.) Alibi²⁾ tamen legitur, quod anno domini 1236. Fridericus de Apulia rediens filium suum Henricum regem captivum aput Ramisium relegavit. Et sorori regis Anglie matrimonio Wormacie copulatur. Huius eciam tempore videlicet anno domini 1225. Engelbertus Coloniensis archiepiscopus a Friderico comite de Ysenburg filio fratris fuit interemptus, et comes a papa absolutus. Sed tandem civitati Coloniensi delatus super rotam argenteam fuerat rotatus. Post hec Fridericus adultus luxuriose vivendo Almaniam venit anno domini 1235.

Huius tempore anno domini 1241. in Maio predicata fuit crux contra Tartaros per totam Almaniam sub Sifrido episcopo Moguntino. Et eodem anno crevit tanta habundancia vini, quod carrata solvit 40 denarios Wormaciensium. Et eodem anno fuit eclipsis solis Sergii et Bachi.

Et ego ibi fui et vidi³⁾ ita esse et pertransivi eundem locum in Stiria prope Villach.

Et anno domini 1247. obiit Landolffus episcopus Wormaciensis, qui sederat annis 13.

1) Landolf starb 1247, wie unten richtig angegeben. 2) Vorher ist der Tod Heinrichs (VII.) nach Martin von Troppau erzählt. 3) Nämlich den von Martin von Troppau (SS. XXII, 472) berichteten Bergsturz in Burgund.